UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ientacv-||la noui testamenti Cardi.||nalis sancti Xisti.||

Cajetan, Thomas

Colonie, 1526

VD16 V 1243

Ientaculi sexti questio quinta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34421

Visual Library

tum eſſe Chriſtum ac per hoc non eſſe illũ de numero apoſtolorum.

¶ Suadetur quoqꝫ tertio hoc idem ex modo quo optus erat, ſcilicet ſyndone ſuper nudo corpore. Non videtur ſiquidem veriſimile quod apoſtolꝰ aliquis ſic coopertus cenaſſe cum Chriſto: quũ huiuſmodi operimẽtum, ſcilicet quaſi circumuolui vno lintheamine, nõ ſit ordinarius modus veſtiendi ſed accidentalis his qui ſurgunt ex lecto. Et hinc eſtimari poteſt quod adoleſcens ille in lecto erat ibi in horto, ⁊ ſurrexerat vel forte ad rumorem vel ad aperiendum ianuã horti, vel ⁊c. ⁊ amãs Chriſtum vtpote frequenter conuerſatus in illo horto ſequebatur eum.

Circa Quintum de paraſceue paſce, ſcrupulus nõnullus occurrit: ex eo qꝺ dies ille q̃ paſſus eſt Chriſtꝰ erat primꝰ dies paſche: vtpote in cuiꝰ principio veſpertino immolatus erat paſcalis agnus, primꝰ aũt dies paſce erat ſanctus, ⁊ nullum opus ſeruile in eo erat licitũ: vt patet Leui. xxiij. Quõ ergo erat dies ꝑparatiõis ac ꝓ hoc opis ſeruilis, vt euãgeliſte dicunt.

¶ Et ꝯfirmaẜ ex eo ꝙ Lucas euãgeliſta dicit quod mulieres q̃ cũ Ieſu venerãt de Galilea, viderũt monumẽtũ ⁊ quẽadmodũ poſitũ erat corpꝰ, ⁊ reuertẽtes parauerũt aromata ⁊ vnguenta: ⁊ ſabbato qdẽ ſiluerũt ſecundũ mãdatũ. Vbi apparet qꝺ ipã die paraſceues mulieres pauerũt aromata ⁊ vnguẽta.

Ad hoc Diciẜ ꝙ feſtiuitas diei ſeptimi, q̃ ſanctificabaẜ ĩ mẽoriã ꝙ deꝰ requieuit die ſeptimo ob oĩ ope qꝺ patrarat, excedebat ceteras feſtiuitates, ita quod nõ ſolũ arctius ſanctificanda

erat dies ſeptima, ſed etiā violari ſine crimine tamē poterat alia feſtiuitas veniens in feria ſexta ob reuerentiā diei ſeptime.

¶ Nec hoc ego ſomnio: ſed ex Exodo ca. xvi. accepi. ibi eñ expreſſe mandat̃ abſqꝫ exceptiōe cuiuſcūqꝫ feſtiuitatis vt feria ſexta colligāt cibaria duplicia, ⁊ parent parāda ⁊ coquant coquenda propter diē ſeptimā. Quū eñ sciret lex multas feſtiuitates poſſe cōtingere in feria ſexta, ⁊ nullā exemptā fecerit ab hmōi p̄paratiōe propter diē ſeptimā, ꝯceſſiſſe videtur vt talis feſtiuitas in ſexta feria eueniens minꝰ ſanctificaret̃: alioquin oportuiſſet legē diſponere ⁊ ordinare qđ quandoqꝫ (ſcilicet adueniēte feſto in feria ſexta) colligēda fuiſſent cibaria triplicia in feria quinta, ⁊ p̄paranda ⁊ coquenda: quod nunquā ſancitū inuenit̃. Et hinc licita erat paraſceue hoc eſt p̄paratio, ꝓ ſolennitate ſabbati, ⁊ licitū erat ⁊ coquere ⁊ emere ⁊c. ¶ Et ſic ceſſant obiectiones.

CIrca Sextū de verbis Pilati ad pōtifices Judeoꝝ, queſtioncula occurrit cur pōtifices Judeoꝝ recuſarunt iudicare ⁊ crucifigere ꝑ ſeipſos chriſtū, Pilato his remittente Chriſtū ad eoꝝ iudiciū: vt Joānes euāgeliſta teſtat̃. Mirum eñ hoc videt̃: quū tam vehemēter deſiderarent ⁊ ꝓcurarent occiſionē Chriſti.

Ad hoc Dicitur, ꝙ reuera ſemel tantū pōtifices Judeoꝝ recuſarūt iudicare Chriſtū, ſcilicet prima vice: q̄a nō ꝑmittebatur eis dānare ipſum ad mortē vt volebāt, ſed tantūmodo iudicare ad leuiorē penam.

¶ Quod vt clare ꝑcipiat̃, notanda eſt ſeries ⁊ vborū ⁊ geſtorum: quoniā ex ea clare apparet ſic eſſe

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN